Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 905
Quelle:
Copyright:

ſaniori ſe concilio.	*ſe conſilio ſaniore.*
virus auxerunt.	*virus hauſerunt.*
ipſe elegit.	*ille elegit.*
Nec ambigendum.	*Nec ambigendum eſt.*

Epiſtola LX.

Gratias ago Deo.	*Gratias Deo.*
ſacramentum pertinent.	*pertinent ſacramentum.*
quos dei ſpiritus.	*quos tecum dei ſpiritus.*
perpetem eccleſię pacem ſecura mente.	*perpetem Eccleſiae tranquillitatem ſecura pace.*
plenius iudicare	*plenius indicare.*

Vides et hic pauca eſſe, quae Editis praeferas. Demum, quod ad PP. Teſtimonia Epiſtolae *ult.* adnexa ſpectat, *Hilarii* Excerpta ab his verbis incipiunt: *Humani etenim generis cauſa dei filius* &c. Excerptum IV. *Hinc itaque fallendi ſimplices* &c. omittitur, et tota ſeries abrumpitur in *Ambroſii* Excerpto IV. his verbis: *quod nunquam noſtri ſenſere majores.*

CCLVIII. VIII. C. 16

198 Codex membraneus lat. Sec. partim IX. partim XI. Folior. nunc 99. f. rubricis diſtinctus, praemiſſo brevi *Indiculo* ſequentia complectitur: I. *Proſperi Aquitani* Scriptoris Sec. V. *Auguſtini* amici et ὑπερασπιστὴ *Epiſtolam* ad *Rufinum* quendam circa an. 429. ſcriptam hoc titulo miniato et quadrato: *Incipit Epiſtola Proſperi. De Gratia Et Libero Arbitrio Ad Rufinum.* Initium: *Domino Fratri Dilectiſſimo In Chriſto et merito uenerabili rufino. proſper ęternam ſalutem dicit; Accepi per communem amicum fraternæ erga me ſollicitudinis tuę ſigna* &c. Dividitur poſt medium quaſi in *duo* Capita; ab illis enim verbis: *a non intelligentibus ſemper opponitur*, interjectum eſt charactere rubro quadrato: *De Eo Quod Scriptum Eſt Qui Vult Omnes Homines ſalvos Fieri.* Id quod etiam in Edit. *Lugdun.* 1539. p. 91. obſerves, non vero in *Lugdun.* 1672, quae *Heptadi Praeſul.* adhaeret, p. 86. nec in Append. T. X. *Opp. Auguſtini* edit. *Maur. col.* 168.

II. *fol.* 10. charactere, ut ſupra: *Incipiunt Reſponſiones Eiusdem.* Id eſt contra Objectiones *Gallorum*, datae circa finem an. 430. aut initium ſequentis. *Praefatio. Doctrinam quam ſanctę memorię auguſtinus epiſcopus* &c. Reſponſiones ipſae inſcribuntur: *Incipiunt capitula calumniantium quibus reſpondetur.* Et ordiuntur: *Quod ex prędeſtinatione dei velut fatali neceſſitate* &c. Habetur hoc Opuſculum in edit. *Lugd.*